


**CARMINA CO-||MITATIVA,|| Suavi quà mentem, quà || mores elegantiâ egregijss.||
juveni || SAMVELI || ROSENBO=||MIO STOR-||MARO,|| Ex Rosarum urbe paren-
||tum avocatu discedenti, amoris et hono-||ris ergò ab amicis et victori-||bus
consecrata.||**

Rostock: Ferber, Augustin d.Ä., [1594]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn781644682>

Druck Freier  Zugang



Cg-1522¹⁻⁶
~~C. II f-3041¹⁻⁶~~

1496. 12. 3

6. J. f. 3041



Handwritten text in the bottom right corner, possibly a signature or date, written in brown ink.

CARMINA CO-
MITATIVA,
Suavi quà mentem, quà
mores elegantia egregijs.
juveni

SAMVELI
ROSENBO-
MIO STOR-
MARO,

*Ex Rosarum urbe paren-
tum avocatu discedenti, amoris & hono-
ris ergò ab amicis & convictori-
bus consecrata.*



ROSTOCHII
Typis Ferberi Iunioris
ANNO cl5 l5 XCIV.

Cg-1522⁵

Ad ἀναγινώσκοντες
SAMVELIS ROSENBO-
BOMII, Musarum Soboles,
ALLVSIO.

Dilectioquas avidis nuper Latiois odas
Pater bibebat auribus,
Quas modulata dabat SOBOLES gene-
rosa Dearum
Novem accinente barbito;
Quis nostri hic praesto est (inquit) successor honoris,
Quem, me remoto, Praesidem
Iure salutabunt Musarum & carminis: Arte
Nam me meamq; funditus
Cantando equavit laudem. Transscribimus ergo
Huic nostra scepra Musica,
Quisquis is est. Nam non poterit non esse Deorum
Satus, meus qui victor est.
Ut verò vidit mortali sanguine cretum
Deabus ipse matribus
Te, SAMVEL ROS bome; tuam miratus & artem
Melosq; melle suavius,
Ingeniūq; tuis sic est genetricibus orsus:
Iouis propago nobilis
Mnemosynesq; , Dea, nunquid meministi (in auribus
Rosbomus est quando editus)
Consilij quid me captum suasore? Puella
Fatis dato recentibus
Scilicet ut veram celantia nomina stirpem
Imponeretur, abdito

NOVI

Nomine, MVS Arum SOBOles quo dicitur: Illud
Estis secute consili.

Namq̄, meum vestrumq̄, animum haud versabat inani
Mixtum timore gaudium.

Lectiam fecit, nato ex concepta puello
Spes, fausta queq̄, suggerens.

At pendere metu contra pia cura iubebat,
Fatis malum minantibus.

Fatis, que semper complexa favore malignos,
Odijs sequuntur optimos.

Ergo velut tutus latitabat Virbius olim,
Veri regens vocaminis,

Scilicet Hippolyti, vocem: sic posse putatum est,
Tecto latere nomine,

MVS Arum incolumem SOBolem, versis elementis
Si diceretur omine

Felici SAMVEL ROSBOMus. Et haecenus ille
Aenigmate hocce nominis

Fata sefellisset, nisi naturalia nullis
Absconderentur artibus.

Ast vbi Pierio grassari in calle iuvabar,
Sacris manumq̄, imponere

Vestris; Et genium sapientia cœmina Clūs
Canebat ore musico:

Protinus hunc novit Clothog, dueq̄, sorores
Livorq̄, & Obtrectatio.

Protinus, ut ethi fabricator morbus adesset
Ægorq̄, membrīs pestilis,

Iussere ananimes: Venit vis morbida, venit
Ægorq̄, membrīs pestilis,

Imaq; leibifero penetrando ad viscera gressu
 Vitam abstulisset illico,
 Ipse nisi accelerans mox auxiliator in ipso
 Fuisset prestid tempore.
 Nam tentamentum nullum hunc mortale iuvabat,
 Quod addidère inaniter.
 Ergò quiddã aethereis etiãnum vescitur auris,
 Vitãq; spectat lampada;
 Hoc mihi debetis totum, acceptumq; feretis.
 At porro nunc capescite,
 Quæ mihi de vestro surgat sententia gnato,
 Quæ hunc eximiam periculis.
 Sunt mihi, sunt vobis multe Germanidos urbes
 Quæ nos & artes cõmiter
 Hospitio accipiunt nostras, retinentq; foventq;:
 Ex his ad unam mittite
 ROSBOMUM SOB Olem vestram Non urbe Rosa-
 Magis potest morarier. (rum
 Omnibus in toto res est notissima cœtu
 Artes sacras colentium;
 MVS Arum quod sit SOB Oles. Quin auget & ipse
 ROEBOMVS hanc sententiam;
 Carmina ubi doctis modulatur dædala chordis
 Cycnea vincens guttura.
 Quocircã Invidiæ & Parci & mille periclis
 Hunc subtrahatis ocyus.
 Dixerat. Hæ monitis parent, teq; vrbe Rosarum
 Almã parant abducere
 OSAMVELROSBOME, mei gratissima cordis
 Feci medela & portio.

Quid

Quid faciam ? Precibus num te retinere studebo ?
Materna iussa has irritas
Fsse movent, qua te celerare volumq₃ jubentq₃.
Ergò precor felicibus
Vt fatis abeas, cætu comitante benignè
Cælestis aula flammeo.
Sis memor usq₂ mei, fidos atq₃ inter amicos
Quos diligis medullitùs
Me numerato tuos : & eris oculissimus inter
Virtus mihi quos copulat.

M. Matthias Paisenius
Hufensis Holfatus.

Quid, Rhododendri? adeone tibi est, adeone cupido
Nobile linquendi Nemus, atq₃ Rosaria sancta
Varniadum? quid? tene iuvat, Roseam arbo-
rem, amenâ

Excelsè in tanto hoc splendescere fronde Roseto?
Tene sacra retinent Nymphæ, cariq₃ Sodales?
Ab video nihil ista movent, sententia menti
Fixa sedet, moirris iter, nec te via tardat
Aspera: Nimirum nitido Virtutis amore,
Ac vigili Aonidum studio concussus, id unum
Expetis unicè, agis quoq₃; ut uberiore sagacis
Ingenij cultu excellas. nec Palladis unos
Pieridumq₃ hortos mens est invisere: verum
Plura petis, maiora petis, placet usq₂ tueri,
Scrutarig₃ alios; aliisq₃ vacare colonis
Musarum, Lyceig₃ Dei; quo pulcherrus olim

Accedat

Accedat fronti decus, ac præstantior artis
Gloria : agè hinc alias propero pede tendis ad oras,
Oras Aoniæ sacras, Clariq; cohorti.
Felix ergò animi illius, felixq; laboris;
Eccè precor, leto sic præpetis omine penna
Ingredere, emetire viam; nec te Auster aquosio
Imbricitor nimbis; nec turbine Circius atro
Impetat: ast niveosq; dies, horasq; serenas
Aureus astrifero defundat Cymbius axe,
Suaviter optatâ donec potiaris arenâ.

Hermannus Bokelman
Hamburgensis.

Ingenio SAMVEL felix, & flore juventa,
Cui pietas cura, gloria, nomen, honos.
Sidere felici susceptos perfice gressus,
Dum nunc ad patrios vis remeare lares,
Atq; hinc LEV COREÆ doctissima pulpita docta
Visere, quò patriam condecorare queas.
Nam Schola te celebrem præfectum postulet olim,
Collecta aut sacro concio sacra loco.
Perge modò inceptam dextrè percurere telam,
Musarunq; choros non simulanter amâ.
Quod magis vt facias, duo sit tibi cura tenere,
Vitam inculpatam, puraq; verba DEI.
Hæc est summa mei, quod fundo ex pectore, voti,
Atq; hoc sit nostræ pignus amicitia.

Henricus Posselius
Rostochiensis.

Vergilio liquidas ut vela per equoris undas
Danti lugendo Flaccus amicus adest:
Ventum ut felicem det ventorumq₃ precatur
Patrem, anime servet dimidiumq₃ sua.
Sic ego te, Samuel, discessum ritè parantem
Lugeo, & à Superis omnia fausta precor.
Nam mihi charus es equè Andino ac Flaccus, amico:
Hinc ego te simili sector amore modo.
Sed num te precibus, maneat ut, flectere possum?
Iussa sinunt, ais, haud irrevocanda deùm?
Sic est: fata trabunt quò nos retrahuntq₃ sequendum est:
Fas nulli est contra dicere verba Iovem.
Ergò sino, optatam sperans quandò adfore lucem,
Incolumem quæ te reddet, amice, mihi.
Et precor, ut placidam faciat Saturnius auram,
Pro voto absolvat dum tibi tempus iter.
Detq₃ vic comites mites fidosq₃ Sodales,
Suavia qui fallunt, dicta loquendo, diem.
Atq₃ diu sanam sano cum corpore mentem
Servet; quemq₃ cupis ducat adusq₃ locum.
Hæc precor: hoc Superùm quod si rex audit, ut audit;
Quanta feres voto munera, amice, meo!
Quod si te rursus mea quandò lumina cernent,
Quanta feram reditu gaudia corde tuo!
Vade, valè semperq₃ tui memor esto Sodalis,
Eius & in signum hoc carmen amoris habe.

Ioachimus Wopersnow
Nobilis Megapolit.

Ωσ' ἀπὸ τηλεδαπῶν νοήσας οἰκάδ' ἐχωρῶν
 ναύτης, ὅζι φίλῳ πᾶσι ἢ ἡύχαρις.
 ὅσ' ὄλβου νῆας ποθενοῦ ἐνέπλησε βαθείας,
 καὶ γλυκερῆ καρπὸν πατρίδι δῆκε μέγα.
 ὦδε σ', ἐπισήμες νοοφεγέῳ ὄλβου ἄξων
 θεωπέσιον, θαλερῆς ἐν πρᾶπίδεσι πῆς,
 νόσιμῳ εἰς πάτρη παῖσιν πολυφίλιτατ' ἔσῃ,
 πολλὰ τοκέυσι φέρων χάσματ' ἀγαλίοις.
 ἀκάματον πάτρης ἔξω πρότερον βίον ἔλξας
 κήδεα τὸ σῆῳ πολλὰ τέτληχε πόρ.
 ἄνθεα δ' ἠδ' νεπῶν δρέξῃς ἵνα ποιήῃλα μουσέων,
 οὐχί σε λυσώωρ ἠδ' οὐκ ἔιχε φίλον.
 καὶ γνοῦς, ὅτι χροῖῳ πέλαι ἦεν καὶ βιότοιο
 τοῖς δικτοῖς ὀλίγῳ, πάντοτε ἐοδλὰ μάθης.
 ὁκσαυρῶ σοι ὅθην νῦ σιωάξας κάρτα φέρισον,
 καὶ μίμνοντα τοῦ πρὸς βιότοιο τέλῳ,
 εἰς πάτρη ἐρέεσσαρ ἀγλύωρ θυμὸς ἀνώγῃ
 νοσῆμ' κ' ἡ γονέας τοὺς γλυκεροὺς βλεπέμεν.
 τούνεκερ εὐτυχεῶσι ποσὶν τόνδ' οἶμον ὄδ' ἐνε,
 ἔπειο ἠδ' ἐπεὶ κ' ἀρετῆσι καλῆς.
 ἠνίδ' εἰς ζεφύρου μεδ' ἄ σοι ὑγρὸν ἄημα,
 ἢ εἰαρῳ εὐλείμων δελξινόοιο χάρις.
 ἠδ' ἐγὼ ἠνικόμοις μούσησιν χῆρας ἀναχῶ
 ὄφρα σέθεν πομπῶν γ' αἴσιοι ᾄσιν ἄει.

Iacobus Schorus VVitzenhusanus Hessus.

Flebo? an invito gemitu quiescens
Lotus incedam? fugit (heu!) relinquens
Me comes fixus socij laboris,
Varnidos urbe.

Et gemam infelix, fluidas & inter
Guttulas lætæ dabo signa frontis,
Ipse dum tristi fruor, ast benignâ
Sorte Sodalis.

Huic, quod ipsi mi cuperem evenire,
Ad sacras supplex revolutus aras,
Pectore ex imo à Superùm precabor
Numine Regis.

Vade felici auspicio, erudite
Cum novem hinc doctis, Samuel, Puellis
Omnium, quos unquam habui, Sodalis
Optime vade.

Ille, quem corde es veneratus apto
Sospitem servet mihi te tuisq;
Teq; florentem Viadri celebris
Ducat ad urbem.

Matthæus Gerstenbergius
Stormarus.

Sicne erummosis tam diva incommoda homullis
Innumero numero præproperanter eunt?
Est ita: Terrigenis miserè sic degit ur avi
Quodcumq; est: curam cura superrebitur.
Hoc aliàs signum stabilis dilectæ ROSENBOM,
Vsq; aded ut quivis sentiat & videat.

Nam

Nam te (quis nescit?) quam fors exceperit atra
 Dum morbo lectus te tenuit valido.
 Hinc illa lacruma, hinc mihi viscera turbabantur,
 Attamen hec semper verba tibi opposui:
 Non desponde animum, hoc est tibi pervincendum
 Te Constans Pietas, te Chartes iverint:
 Audieram siquidem Clotho cultamq; Thalam
 Iurgia clamoso dura ciere sono.
 Illa tibi augusta vult florida tempora vite
 Abripere, atq; Orco dedere luctifico.
 Nititur hec contra magno conamine, pulvis
 Namq; ait, eternum hic mihi dictus erit.
 Tandem adventabat Musarum preses Apollo
 Appage sis tristi tristior helleboro
 Clotho, ait: hic vivcat mortalis tempora vite
 Quo mihi non vivit alter amabilior:
 Ille mihi similis vultu similisq; decore,
 Nec minor est cantu, carmine nec lepido.
 Ergo tibi vivax redit in precordia virtus
 Et facit officium pesq; manusq; suum.
 Gaudeo: sed veluti nulla est diuturna voluptas
 Sic mihi te, Samuel, invida fors adimit.
 Invida fors adimit, cultumq; relinquere Varnum
 Te jubet, & junctos mente animoq; animos.
 Atq; patri, patria, fidis vult reddere amicis,
 Maxima quæis cura es, maxima lætitia es.
 Sic curas cure excipiunt. Commota metu mens
 Cum mea sit, dubito, gratuler an lacrumer?
 Gratulor & lacrumor; lacrumor tete mihi ademptum
 Gratulor a. t tali te modo sorte frui.

Verum

Verum quid facio? quid inania verba profundo?

Hoc precor, hoc opto: Vade bonis avibus:

Hic, elegi nostrae sint vincula amicitiae.

Vade, vale, vitâ frater amabilior.

Anthonium Buschius

VVilsterensis Hof.

ERgò paras patriâ rursus mutare Rosetum,
Densa ubi piscosam cingit arundo Spletham?
Siste gradum, notumq, prius nec desere Varnum,
Quàm mihi discessus cognita causa tui.

An resident veteris depasto in corpore morbi
Reliquia, tacitâ quae ilia tæbe coquant?

An celebris sordent tibi pulpita nostra Lycæi,
Quodd tendis celeri jussus ab urbe fugâ?

Namq, trahit dubiam nobis sententia mentem:
Causaq, suscepta me latet ista via.

Non, scio, diceſſus, quodd mens sit languida, vera
Causa fuit, quamvis id quoq, causa fuit.

Iuvat & assiduo pede tangere limina templi,
Et pendere gravis semper ab ore viri.

Quid properas ergò? mæstosq, relinquis amicos,
Invida quos comites nunc negat hora tibi.

Non fuerat satius, morulam traxisse minutam,
Ingressaq, mihi causam aperire vis.

Fallor? an instinctu, discedis ab urbe, parentum:
Qui natale jubent te revenire solum.

Namq, foret melius, dum non deservijt ira
Tâbis, ut in patrio, si morerere, solo

Ossa

Ossa rogo inferres, lessum faciente propinquo
Funeris, ignotâ quàm tumuleris humo.
His pâres meritò: parere parentibus est fas:
Et grande illorum frangere iussa nefas.
Ergò, licet tremulo scatebrent glomeramine rivi
Ex oculis lacrumiarum imbre perennisfluo:
Mistâq; singultu suspiria pectus anhelet,
Segregus à nostro didere ut intuitu:
Attamen hærentem in procinctu sector amicum,
Et precor, auspicio sit via tuta bono.
Sol micet: aura sonet, leni jucunda susurro:
Nec pluvia Calum lubricet imbre solum.
Ventoso fratres liget Acolus utre volucres:
Salsa Tridentiferi stent freta pacc DEI:
Mutua Volsgrarum nec iter laniena molestet:
Lernaq; contortis que revoluta plicis.
Oscine sed niveo patria delatus ad oras,
Ora Patris videas, Matris & ora tue.
Vade, Vale, nostriq; memor sis semper amoris:
Sic tuus esse queo, sic meus esse potes.

Paulus Leonyfius Prætzensis
Holfatus.

VT quondam in solâ gemebundi littoris actâ
Perjuro miserè spreta sodalinitio,
Gnosia semiviri jacuit germana juvenci,
Multa fidem testans, numina multa Deum:
Quisq; levi poterat volitantem flamine currum
Prosequitur lacrumis & gemitu atq; oculis.

At Dea eam assiduis non luctibus externavit:
Ex algâ etherijs inferitur choreis.
Hinc, Anime, exurat quæ nostras cura medullas
Exacto poterit surgere iudicio.
Sic etenim est: equo volvuntur fata tenore
Eternum: una malis dant bona cum geminis.
Omnia Fortune jam tela exisse putabam:
Sed mage adest quassæ seva procella rati.
Non ego, non queror hîc nigra confinia Lethes
Nec reduci pratis grator ab Elysijs:
Quod mea Thebano lacerari pectora ritu,
Cogar, & invitam sine Me deîm degere vitam,
Hoc misero mortes mi parit innumeras,
Hinc videor vivum mihi circumferre cadaver:
Hæc modò, quæ superest, specula deficeret,
Quod mihi, tecum alias animam hinc quam tollis in oras,
Confectâ jubeas sepe redire viâ.
At vos, mellinæ, Parnassia numina, nostræ,
Vos vestrum totâ fas comitare viâ:
Fas ingrata vie cispellere tædia, ne quâ
Scrupulus aut ledat pustula rupta pedem.
Sed benè habet: sacro succinctas colle puellas,
Currere ad officij munia cerno tui:
Auspicioq; bono Sancumq; Laresq; Viales,
Ominaq; & scævæ pellere monstra via.
Quid moror? audendû est: quod mens læta augurat opto:
Vi valeam semper, Tu mi Anime, usq; vale.

Iohannes Huswedelius
Hamburgensis.

Arceto Ixionidis Venus & Trezenij amore
Pectora ceu fixit, certè irresolubili amore,
Ut stygia Tartaream hunc Orci comitaret
ad umbras:

Arsit ut Hemonium Pyladen Pelopeius Orestes:
Odrysus vatesq; medullitus ille Puella
Trecicie ut quondam rapido flagrabat amore:
Hirtacida Eurialum in qualis concordia Nisi:
Tale Rosenbomi, nostri munimen amoris:
Talis amicitie candor visq; insita cordi
Cottidie ut flammis sinceri sentiam amoris:
Nunquam etiam admittam puris ignaviter vlla
Segnities antè ut tristis mihi vortat amoris
Ignibus, atq; fidem sponsam tibi fruster inavem:
Abdita namq; tua jam sat mihi cognita mentis,
Cerusâ aut fucis haud incerata caducis.
Sed pede cur propero linquis jam clara Lycaæ
In quibus egregie funduntur pectoris artes.
An te leta juvant lactentis tempora veris?
Frigore laxato cum ver cispellit odorum
Hirtam Hyemem, tepet atq; Favoni flatibus aër,
Ver geniale ferens cunctis primordia rebus:
Atq; pater factis gremium in terra imbribus aether
Labitur, Hybleis decorans nova floribus arva.
De imbre comam religat viridem nemus omne
marito,

Nec iam Riphæi solvunt sua flabra Aquilones:
Flatibus horrifonis non scuit morbidus Auster:
Suavis odorati sed sibilat aura Favoni.
Iam Volucres nubunt, surgunt è cespite flores:

Flora

Flora decens hortos, vestit quotq; gramine campos:
Flava Segeſta udam ſulcis Cerealibus herbas
Exſerit, omne ſolum vitali ſemine complens.
Tantus veris honos genialis, gratia tanta,
ut vegetam reddat terram, atq; animalia terris,
Quidq; ſolum pedibus ſulcat, quidq; aëra pennis.
Ergò Roſenbomi, patrios inviſere fines
Qui ſatagis, numen nivèis tete obtegat alis.
Cum jam membra ſient animoſi plena vigoris
Oſſibus atq; tuis tenera inſinuata medulla
Contage antè tetrâ & lentoris tæbe pereſis.

Michael klenweg
Hamburgeniſis.

S Tirps generoſa ROſa, viridis plantata ROſeti
Jugeribus: letas denſat odore comas.
Denſat odore comas, florentia pandit ut ultrò
Brachia, candidulis conſpicienda ROſis.
Nec mora, dum medio ſtirps leta ſuperbit honore,
Admirans culti munera pulchra ſoli:
Illicò contiguis trux beſtia ſurgit ab undis,
Inſiciens nocuâ ſtemmata fauce ROſÆ.
Labitur extemp!ò, blandi labuntur honores,
Atq; fovet tacito morbida membra ſinu.
Ergò ab humo ruptâ radice evellere truncum
Apparat hortorum qui modò cultor erat.
Evulſiq; oculis mox omnia viſcera obit dum:
Prændit peſtiferis lurida damna luis.


Et

Et fatus, melius post hac mittendus in equos
ut redeat membris robur odorq³ tuis:
Non etenim totam fas desperare salutem,
Namq³ refers miræ fertilitatis opes.
Sic memorans dicto citius dicta antea firmat,
Ante putans morbi damna nociva mali.
Sic longum vigeas alio transposta vireto
Robore collecto, Stirps generosa ROSÆ

Michael Sumius Chilo-
nienfis Holfatus.


Ergò recedendo quoque te viduabis amico,
Pars anime ò SAMVEL, dimidiata mee?
Hei mihi! non aliter carissime dividor à te
Quam fidus socio Nisus ab Euryalo.
At tibi dent animum Euryali, non fata, Sorores,
Verum annos Pylj fata datura Senis.
Sic erit alternis recreemus ut orba vicissim,
(Orba sodalino) pectora colloqujs.
Has iterabo preces, atq³ has iterando forebo
Spem, mihi que reditum spondet amice, tuura.
Interea felix felicibus utere fatis,
Atq³ tui memoris sis memor usq³ mei.

Matthæus Schachtius
Rostochienfis.



Fr. Neppien,
Buchbinder
in
ROSTOCK
bey der Marien-Kirche.





CARMINA CO-
MITATIVA,
Suavi quà mentem, quà
mores elegantia egregijs.

SARALI

ROS
Typis Ferb
ANNO cl5 Is



Cg-1522 5